



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII

EPICEDIA,  
QVAE

MEMORIAE  
VIRI

*SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI,  
DOCTISSIMOQVE*

DOMINI

**IO. BAPTISTAE  
ROESCHELI,**

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. EXTRAORDIN.  
PHYSICES ORDIN. DIRECT. BIBLIOTH. PVBL. ET FA-  
CVLT. PHILOSOPH. SENIORIS,

**SACRA**  
VOLVERE

**PATRONI, FAVTORES, CVLTORES**

ATQVE  
**AMICI**

---

VITTEMBERGAE, EX OFFICINA CREVSIGIANA.

1712

ROE.





Vimme VIR! a diuo VVALTHERO  
prima Sophorum  
Gloria! Theiologum Gloria celsa ui-  
rum!

O Pater! o Hospes! Benefactor, et inclute Doctor!

Heu mihi! dispereo, te subeunte necem.

O si te possem superas reuocare sub auras!

Diuiderem uitae tempora nostra tibi.

*Honori supremo Veteris, iuxta ac de se supra, quam  
facile dici possit, et Praeceptoris, et Hospitis,  
et Patroni, lugens ualde, moerensque dedit*

IO. ANDREAS PLANERUS,

Acad. Pro-Rector.

**W**ie seelig wem der Todt auch bey gesunden Zeiten  
In wahrer Gottesfurcht stets vor den Augen  
schwebt!  
Der stirbt nicht/ wann er stirbt/ er tröstet sich der Freuden/  
Wann nach den Tode er bey seinem Jesu lebt.

**B. V. Kraff v. Schönburg.**

**S**o lange Wittenberg gelehrte Männer kennt!  
Man hier und anderswo den Nahmen ROESENER  
nennt!

So lange wird der Ruhm des ROESENERn beküßten  
Und bey der späten Welt in Angedenken bleiben.

**V. V. Freyherr v. Söhlenthal.**

ROE-

**R**OESCHELIVS uiuens docuit distinguere uana  
A ueris alios; id quoque morte docet.  
Vanum relinquit mundum, et coelestia captat:  
Qui didicit pensum hoc, ille beatus erit.

*Cum decens lucra scripsit*

CASPARVS LOESCHERVS, D.

**N**aturae docuit Leges ROESCHELIVS; Ipse  
Quid mirum implevit morte quod haec sua.

*Sui quondam meritissimi Praeceptoris, deinceps  
Collegae ac Compatriis Charissimi obitum serio  
lugens adiecit*

G. VVERNSDORFIUS, D.

**N**aturae Verbique Dei ROESCHELIVS usque huc  
Doctor, et insignis lux in utroque fuit.  
At nunc, quid natura queat? defunctus in urna,  
Quid uerbum? in coelis experimenta capit!

*Obitum Collegae desideratissimi debito iuncto  
cohonestat*

MARTINVS CHLADENIVS D.

**T**otam Naturam, spatioſa Palatia Mundi,  
Orbem terrarum, sidera cella Poli,  
Aeternam Mentem scrutatus et Abdita rerum,  
Monstravit Musis Nobilis Arte Sophus.  
Ornat coelestis diuam sapientia Mentem,  
Numinis aspectus quam beat et recreat.  
GEORG. FRID. SCHROEER, D.

**Q**ui dudum uiguit *Physices* hac urbe *Professor*  
ROESCHELIVS, Quosq; ultima iura dedit.  
Quid mirum? uoluit cunctis ostendere, quod nil  
Tam Physicum, quam post aspera fata mori.

C. H. HORN D.  
Disce

**D**ilice meo exemplo Vivvs pendere MORTVM;  
Nam sic cum MORERIS, postea VIVUS eris.

GODOFREDVS SVEVUS, D.

**N**aturae monstravit opes, et quidquid in amplo  
Complexa est gremio, pandit id omne, suo.  
Stat decus ingenii, fateor, cogorque fateri,  
Non habet in tantum ius Libitina caput.

IO. BALTHASAR WERNER, D.

**V**erus adeptus erit, non qui diuina potentis  
Naturae quaerit, suspicit atque stupet:  
Sed qui proponit menti, causasque repandit,  
Atque dato exemplo monstrat ubique suis.  
Hoc quam praecclare, licuit dum, praestitit omne  
Diuus, confectum quo studioque dedit?  
Restat, ut ad coeli sublimia limina scandat.  
Hic in perfectis uerus adeptus erit.

P. M. V. O. D.

M. H. GRIBNER, D.

**I**ntima naturae penetrauit acumine mentis  
Omnia, quae Lunae subditus orbis habet.  
Post obitum corpus terris mortale recessit,  
Clara Viri superest, necia fama mori.

IO. GOTHOFREDVS BERGERVS, D.

**I**vre Marita suum jam pectus plangit & angit  
Cum Natis, lacrymas non cōhibere potens.  
Cum Palmurus gressit, concurrunt undique Nautae,  
Impellunt remos, littora tuta perunt.  
Sic quoque certatim charumque Marita Maritum  
Et Charum proles quaerit amata Patrem.

Elm

*Huius morte perit subita spes cuncta tenellis*

*Ac viduae tristis firma columna ruit.*

*At vero moesti, qui maxima signa doloris*

*Nunc ostendistis, solvite corde metum:*

*Pellite tristitiam rursus, secludite curas,*

*Defensor vester vivit in axe suo.*

Solati ergo scrib.

D. CHRISTIANVS VATER P.P.

et Arch. Aohalt.

*Epitaphii loco.*

**N**aturae Praeco ROESCHELIVS Ipse se-  
cundus

Nulli, hoc angusto conditur in tumulo.

Eius doctrinae fateor non pauca Patroni

Debeo: inexhaustae fontis enim instar erat.

Malo tamen laudes pauco comprehendere uersu,

Dicoque quod res est morte sepultus atra hic

Leucoridum Pindi decus ingens, Plinius alter,

Vium Museum, Gloria rara Virum.

IO. HENRICVS HEVCHERVS, D.

Anat. et Botan. P. P.

**D**er Mund / so Pison gleich der Weisheit Gold ge-  
föhret /

Ist nun erblast / der Leib geht hin ins Grab /

Doch der ermüd'te Geist legt seine Sorgen ab /

Und wird von GOTT nun selbst mit Himmels Kunst gezieret /

Nur denen / welche sich von Dir verlassen mercken /

Die Deine Vater-Zreu durch Sorgfalt hat erfreuet /

Wird dieser Frühling nun zu einer Trauer-Zeit.

GOTT aber woll' Euch selbst mit seiner Tröstung stärken!

Also bezeigete wohlmeinend seine  
Condolenz

Johann Carl NAEVIUS, D.

B

ROE.

**R**OESCHELI ut primum vidit lacrimabile funus  
Ad tumulum Pallas obstupefacta stetit:  
Totque animi dotes praeclaras, et bona in uno  
Plurima ploravit contumulata Viro.

*fir.*  
IO. PAVLVS SCHROETER, D.

**O**ccidit Hungaricae gentis praenobile fidus  
ROESCHEL, Theiologus clarus et ipse Sophus.

Intimus auditor magni cultorque perennis

WALTHERI, cuius fata sinistra subit.

Longaeuam Vitam WALTHERO quisque precatur,

Ingenii ut foetus ederet ipse sui.

Hoc tamen extincto, praeclari sicque labores

Aspicere optatam non potuere diem.

Vindicis aut ROESCHEL partes supplerè paratus,

Obstetricantes addere vultque manus.

Omnia, quae docto WALTHERI ex ore fluebant,

Sumtibus haud paruis comparat atque fouet.

Talia dum tentat, tenui ualitudine saepe

Atque laborum mole hinc revocatus erat.

Ordinat interea, magno conamine, raram

Bibliothecam, quae constitit aere graui.

Viribus exhaustus nil de studioque remisit:

Adscitis binis ciuibus urget opus.

Debita cumque Viro uisendi munia solvo,

Gnauiter his rebus cerno uacare bonum.

Distractus quamuis, aut me dignatus amico

Colloquio: hinc comitis pronus obire vices.

Felix utque Decanus sim, pia uota ferebat,

Muneris ac memorem se fore deinde fui.

Discedens, ualidas uires longamque precabar

Languenti uitam, prospera cuncta simul.

Incrementa tamen sumit maiora subinde

Langor et attenuat membra uigore magis.

Hinc placuit summo requie donare Jehouae,

Quem graue morborum discruciabat onus.

Heu! solidi WALTHERI, ROESCHELIque labores

In tenebris, orbi vindicæ, iamque gemunt.

Sancte



Sancte DEVS, moestam viduam, natasque tenellas,  
Absterfis lacrimis, ex hilarare velis.  
Contcriptosque Patres saluos, ciues uegetosque  
Serues: sic grato pectore thura ferent.

*In perpetuum Cinis desideratissimi honorem,  
lugens, haec appendere uoluit*

M. GEORGIUS MICHAELIS CASSAI, Hung.  
Ordinis Philof. Adjunctus, et p.r. Decanus.

**C**onquerimur merito, SENIOR quod noster Olympum  
Linqvit, qui longum vivere dignus erat.  
Sed placuit DOMINO, cuius data munere vita est,  
Cum placet, hanc donat, cum placet, ille rapit.  
Spiritus interea gaudet nunc liber in aula  
Coeli, quod plenam labe reliquit humum.

COLLEGAE Celeberrimo et de literaria Republica insigniter me-  
rito ultimum officium persoluturus scrib.

IO. CHRISTOPH WICHMANNSHAUSEN,  
LL. OO. Prof. Publ.

**S**exies denos properat per annos  
Vita, si praestet, decies recurrunt  
Octo: quid lucri? labor, anxiusque est  
undique moeror.

Hoc Tuo exemplo, Venerande nostri  
Ordinis monstas Senior, per omne  
Difficultatis genus ambulando  
qua scatet orbis.

Nunc sed ereptos miseris, caduca  
Spernis et laetam celebras quietem,  
Nunc beatorum lociatus aulae  
Vindice summo es.

*Moerens scrib.*

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS,  
P. P.

Quid

**Q**uid tibi vis, Natura? Quid in tua viscera faecis,  
Dadubumque tuum florida tota necas?

Hunc, illum, occidas, terrae genus, esto. Vel unum

Ad tumulum myllam sit rapuisse nefas.

An potius morbis miserum miseraris, ut olim

Sartum fera luto de meliore dares?

Testandi doloris causa scripsit

HENR. LEONARD. SCHVRZFLEISCH, D.

**D**Vm uixit Diuus connitebatur ad inter  
Doctos eximium praecipuumque locum:  
Atque haec praecipua est ROESCHELI gloria, nulli  
Quod doctos inter cedere debuerit.

Nunc vero, aethereos inter sanctumque senatum  
Degens, doctrinae praemia summa capit.

HENR. Klausing / Theol. Doct.

Log. et Metaph. Prof. P.

**S**uccesit miserae tandem Tibi uespera uitae,  
Et fugere, aevoo deficiente, dies.

Naviter officio functus, iam conderis urna.

Sed post exequias fama superstes agit.

A. BRENDLIVS, Phil. et Med. D.

P. P.

**R**OESCHELIVS placide in Domino obdormiuit, et altum  
Nobis mortali hoc dixit in orbe Vale.

Elapsusque malis ad portum venit, ibique

Coelesti post hac gessit honore frui.

Siste igitur lacrimas, Vidua Optima, sistito luctum!

Omnipotens vindex, tutor et ipse Tui est.

Honoris et solatii gratia deprop.

ERNESTVS CHRISTIANVS Schrödter /

Mathem. Inf. Prof. Publ.

ROE-

**R**OESCHELIVS MORITVR, doctus Quem suspicit  
Orbis,

Ceu rarum Sophices Eusebiesque Decus.  
Plangite, LEVCOREI; ast elingues plangite cuncti:

Dicere nam latis est: ROESCHELIVS MORITVR!

*Theologum ac Philosophum maximum lugens scripsit*

Martinus Hassen,

Moral. ac Ciuil. P.P.

**A**ccensendus erat perdoctis Diuus, et illis  
In his, quos nulla ars exfatiari potest.

Nunc inter Superos euasit doctior, artes

Omnes complexus. Sic fatiatus erit.

*Lugendo mortem Viri Doctissimi apposuit*

M. B. Hildebrandt, D.

**C**Orycidum praefes funestas adde cupressos  
ROESCHELI busto. Maxima causa subest.

Quae docuit Zeno, nec non Academia sollers

Haec cum ROESCHELIO pene sepulta jacent.

Io. Caspar Brendel, D.

**R**OESCHELI, quis summa Tuae fastigia laudis

Pandat, et ingenii pignora rara Tui.

*Pierides lugent et tanti fata Magistri*

*Corporis infesto mox proferata malo.*

*Incida, coeptos subito, Vir Magne, labores*

*Incomtosque Tuo funere condidit humo.*

I. Tilemannus, D.

**T**empore non multo (res non caret omine) multi  
Te fugiunt Magni, Leucoris alma, Viri.

HI

Hi literis alio tendunt, hi morte vocati.  
Immutet fata haec in meliora DEVS!

*lucens adjectis*

Christian. Jacob Heil, D.

**N**on urbem tantum, sed doctum, qua patet,  
orbem  
Mors Tua funesto uulnere, Diue, ferit.  
Eufebie plorat, ploratque Academia casum,  
Et gemit extinctum Palladis aula ducem.

Johannes Gottfredus Kraus,  
J. U. D.

**V**T dicunt, uerum; Mors est prob! ultima rerum,  
Nilque inuat magis, hanc quam meminisse bene.  
Hoc faciens merito finem tum respicit omnem,  
Et pulchre uiuens, sicque obuisse uouet.  
Flebile ROESCHELII exemplum docet hoc REVERENDI,  
Qui pulchre uixit, mortuus atque probe.

*h. d. p.*

Christianus Hoffmann,  
Phil. et I. V. D.

**N**Vm fit Philosophus liber dicendus, an ipse  
Cogatur quoddam triste subire jugum?  
Maximus anquirit Tyrius, paucosque beatae  
Hoc libertatis, spondet, habere decus.  
Excipias leges sanctas, quas sponte colebas,  
DIVE, Plato liber, dum fueras, et eras.  
Defuit at quicquid tum libertatis amoenae,  
Hoc in caelitibus nunc cumulat eris.

Christoph. Henricus Bergerus, D.

*Natu.*

**N**aturae nudas altos pandisque recessus,  
DIVE, sed indulget nec magis ista Tibi.  
A quo nunc gratae ueniant Tibi munera mentis,  
Haec si tam meritis reddere nulla uelit?  
Sed tutata diu satis est, post fessa perentem  
Astra iubet miserum debita cuncta dare.  
Verum quae recipit, magno molimine seruat,  
Dum DEVS haec ipsam reddere cuncta iubet.

Christianus Lemcke, D.

**S**alue sancte cinis multis desceude, nec ulli,  
Quam mihi, charior o flebiliorque cinis.  
Salue atque extremi tandem cape praemia facti  
Quae debet pietas officiosa Tibi.  
Æternum salue! neque enim nisi flebile restat,  
Æternumque uale! sit Tibi terra leuis!

Abraham Vater, D.

An die Hochbetrübte Frau

Witwe.

**S** bringt es denn des Höchsten Schluß so mit/  
Daß Sie / Hochwertheßte!  
In noch so jungen Jahren  
Das Weite } Weh betrübt schon muß erfahren!  
Witwen }  
Ach! leider! ja!  
GOTT wills nicht anders haben.  
Jedoch getrost! auch mitten in dem Weh  
Wird Sie der Höchste laben.  
Er stellt sich schon / als Mann und Vater da!

778

Nur GOTT vertraut!  
Er hilft den Seinigen von Herzen.  
Und wer nur auf Ihn baut/  
Dem lindert er all seine Noth und Schmerzen.

L. Johann Hieronymus de Wedig/

Archidiaconus.

**W**er theure **R**öschel liegt auff schwarzer Todten-  
bahre/

Er wird nun ganz erblast in düst're Gruffe gesenck/

Doch nur dem Leibe nach: Er lebt in späte Jahre

Bei der Gelehrten Welt/ Zu der Er sich gelenck.

Es lebt sein theurer Ruhm/ den Er sich hat erworben/

So sagt man beydes recht; **Er lebt und ist ge-**  
**storben.**

Christianus Georgius Bebelius,

Med. Lic.

**E**rgönn' **T**heurer Mann/ wenn meiner schwa-  
chen Hand

Ein' Überschrift entfährt auf deine Grufft zu setzen/

In Furcht sie dörfte Dir den Ruhm-Altar verlegen/

Dem nette Lichter schon den Weyrauch angebrand.

Doch wag' ichs/ und will furck dein weites Lob benennen;

Denn welche sind/ die nicht den **G**rossen **R**öschel  
kennen?

Hier liegt der Weisheit Kern in kühlen Sand versenck/

An welchen alle Welt mit grosser Ehre denck.

Bewundre dich nur nicht Sein Lob ist so erschollen/

Das frembde Mussen Ihn/ wie wir/ beweiemen sollen.

Mit betrübter Feder schriebs

M. Augustus Wolff/ Prediger.

Ein

**N**on moritur Sapiens, superas nam Spiritus auras  
Permeat, urna licet corpus inane tegat,

f.

M. Henricus Gottlib Schneider.

**V**itales linquit CLARVS ROESCHELIVS auras,  
Et claudit doctum docta Camoena, librum  
Hinc dolor, hinc lacrymae, magnis hinc questibus  
omnes  
Moerent; sed cessent. Coelica castra colit.

David. Theodol. Lehmannus,

*Prof. Philosoph. Extraord.*

**I**n Mann / ein großer Mann / ein Plato unsrer Zeiter  
Geht durch den schmalen Weg zur schönen Him-  
mels Pfort:

**H**err Roschel ist's / dem wir die Ruhe-Stat bereiten /  
Der unvermuthet hat verlassen diesen Ort.

Zwey Jahre sind dahin / als wir vom Himmel sprachen;

**H**öchstseeliger Du hast den Himmel nun erreicht!  
Wir fangen bey uns an zu ordnen unsre Sachen!  
Weil wie ein Weber-Spüll das Leben dahin schleicht.

M. Hermann Becker / Adj.

**E**xuias tristis ferali condidit urna  
Eheu! ROESCHELI, Leucoris alma, tuas:  
Et ueluti nimium properata morte peremptum,  
Cum quo tot magnae spes cecidere, gemit.

D

Vc

Tu tamen aeterno iam fat maturus honori,  
Effugies meritis busta rogamque tuis.

*Supremo honori Theologi aequae ac Philosophi excellentissimi hospitis suis desideratissimi lugens d.*

M. Io. Guil. Ianus,

Ord. Phil. Adi.

**H**Orae Phidonis, Thebano teste poeta,  
In mentem cupidam plurima pulcra serunt.  
Inuenit hinc cum metra prior, tum pondera rerum,  
Efferat ut famam, docta Corinthe, Tuam.  
Multum Phidonom superat ROESCHELIVS, artis  
Quas docuit, cunctas quis numerare potest?  
Arte fuit celebris uinuis, post fataque constans  
Gloria Pannoniae Leucoridisque manet.

*Haec pauca Meritis Venerabilis D. ROESCHELII  
debebat pariter, ac ea, qua tanta Virum  
colerere par erat, obleruantia dabat*

M. Fridericus Strunzius, Ord. Philosoph.  
Adscript. et SS. Theol. Cand.

**V**T ROESCHELIVS inclutus  
Liquit post obitum Bibliothecam: ita  
Vitales halitus trahens  
Praedines studiis Bibliotheca erat.  
Libros atque scientias  
Quot conducibiles illa tenet sinu,  
Callebat tor idoneas  
Certe notitias. PHILOSOPHVS gravis  
Nec non THEIOLOGVS facer  
O quantas tumulo mergit opes cavo!  
Carmen Pieridum Chorus  
Id moestum canat ad busta cupressina  
DIVI. Dico modo sequens:  
VT VIXISSET, AVEREM, ISTE DIVITIVS

*B. ROESCHELIO, Magna perinde Philosopho quam  
Theologo plura debuit*

M. Adamus Calo, Ord. Phil. Adj.  
er SS. Theol. Candidatus.

Sicci-



**S**iccine nunc claudis uitam, nobisque relictis,  
Dira TIBI mortis fata subire placet?  
Tot doctrinarum TECVM periisse dolemus,  
Quas labor assiduus conciliarat, opes.  
Eufebie quicquid tradebat, et ordo Sophorum,  
Nil quod TE fugeret, quodque lateret, erat.  
ROESCHELIVM dixisse fat est, hoc sufficit unum,  
Omnia sunt meritis uerba minora, TVIS.  
Quod superest cineres demissa mente colemus,  
Semper erit nostro nomen in ore TVVM.

*Ita finus  
VIRI  $\sigma\lambda\omega\mu\alpha\delta\epsilon\sigma\tau\alpha\tau\eta$   
Magnifici D. D. ROESCHELII  
Hospitis nunc cheu! desideratissimi  
moestus lugensque prosequitur*

M. Io. Hermannus von *Clawich* Ord. Philos.  
Adjunct. et SS. Theol. Candid.

**O** Duram legem, quam nunc Academia sentit,  
Legem, quam praeceps, en! Libitina dedit.  
En tumulo iniicitur Vir Magnus, quis fiet ergo  
Quem non hunc deceat rite dolere Virum.

M. Ioh. Frid. Hebenstreit,  
Fac. Phil. Adj.

**P**onite laetitiam, Musae, date signa doloris,  
Et lacrimae largae moesta per ora fluant.  
Quam spem sedulitas, quam spem doctrina, laborque  
ROESCHELI dedit, hanc mors inimica rapit.

*Sic pius ROESCHELII manes luget*

M. Io. Samuel Luppilus,  
Ord. Philos. Adj.

Phoe-

**P**hoenicem, nunc orba, tuum, gens Pannonia, desse,  
Et dic, ROESCHELIVM quae mihi secla da-  
bunt?

Honori supremo Venerandi, et amplissima accuratis-  
simaque doctrina, Viri dare debuit

**M. Samuel Cnauthius, Milenenfis,**

Biblioth. Acad. Viteemb. publ. Praef.

**G**ratuler, an doleam, Diuo, qui tot cruciatus

Effugit, atque poli limina laeta petit?

Immo, grator ei tot gaudia parta quietis,

Gaudia, non ullo dissoluenda die.

Docte tenex, salve! Diuis iam Diuus adhaeres,

Nos, contra, circum Liuor Erisque fremunt.

Venerando Ordinis sui Seniori aeternitatem gratu-  
laturus, haec pauca subiiciebat

**M. Christoph: Ludouicus Stieglitz/ Lipf:**

S. S. Theol. Candidat.



Ung.


VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17  
W 18





EPICEDIA,  
QVAE

MEMORIAE  
VIRI

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI,  
DOCTISSIMIQVE

DOMINI

IO. BAPTISTAE  
ROESCHELI,

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. EXTRAORDIN.  
PHYSICES ORDIN. DIRECT. BIBLIOTH. PVBL. ET FA-  
CVLT. PHILOSOPH. SENIORIS,

SACRA  
VOLVERE

PATRONI, FAVTORES, CVLTORES

AMICI

VITTEMBERGAE, EX OFFICINA CREVSIGIANA.

1712

